

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Totius Latinitatis lexicon

secundum tertiam editionem, ..., correctum et auctum labore variorum

**Forcellini, Egidio**

**Schneebergae, 1835**

Z

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1655](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1655)

pti villi corona circumdatus erat, xystarchae similis purpurato. P Translate. Tert. ad Mart. 3. Bonum agone subituri estis, in quo agonothes Deo vivus est, xystarches Spiritus Sanctus. F.]

\*XYSTIANI, orum, incolae Xystis. Fuit autem Xystis, Ξύστις, oppidum Cariae. Plin. 5, 29. B. A.

\*XYSTICUS, a, um, adj. Ξυστικός, ad xystum pertinens, vel ad ludos, et certamina, quae in xysto fiunt. Tertull. Pudic. 7. med. Spectaculum quadrigarii furoris, et gladiatorii cruoris, et scenicae foeditatis, et xysticae vanitatis. P Xystici sunt athletae, qui se in xysto exercebant. Suet. Aug. 45. med. Nec tamen eo minus xysticorum concertationes, aut gladiatorum pugnas severissime semper exegit. (Adde Galb. 15.) Inscr. ap. Grut. 332, 6. Athenodorus xysticus Paridi thymelico bene merenti fecit. Ulp. Dig. 3, 2, 4. Neque thymelici, neque xystici, nec agitatoris ignominiosi habentur.

\*XYSTILIS, is, f. nomen meretriculae ap. Plaut. Ps. 1, 2, 76. B. A.

XYSTRA, ae, f. Ξύστρα, strigilis: a Ξύω, rado. Est cogn. R. Inscr. ap. Mur. 1637, 6. L. Arruntius Xystra. F.]

XYSTUM, i, n. et Xystus, i, m. Ξυστόν et Ξυστός, [Graecis erat porticus tecta, Latinis vero ambulatio hypaethra seu subdialis, passeggiò scoperto, viale. Vocis etymon, et rei origo ap. Paus. l. 6. c. 23. Ο σύμπας περιβολός καλεῖται Ξυστός, ὅτι Ἡρακλῆς τῷ Ἀμφικτύωνος ἐς ἀσκήσιν ἔλθοντο, ὅσα τῶν ἀκαρῶν ἐβόωντο ἐνταῦθα, ἐπὶ ἰσχυρῇ ἡμέρᾳ σφᾶς ἀναξέων. Xystum itaque dictum est a Ξύω, rado, quia quotidie a sentibus purgabatur et radebatur. De prima apud Graecos significatio. Vitr. 5, 11. Haec autem porticus Ξυστός apud Graecos vocitatur, quod athletae per hiberna tempora in tectis stadiis exercentur. Proxime autem xystum, et duplicem porticum designentur hypaethrae ambulationes, quas Graeci παραδρομίδας, nostri xysta appellant, in quas per hiemem ex xysto sereno coelo athletae prodeuntes exercentur. Adde 6, 10. P Ad Romanam vero consuetudinem haec spectant loca. Sen. Ira 3, 18. de Caligula: In xysto maternorum hortorum, qui porticum a ripa separat, inambulans, quosdam cum matronis, atque senatoribus ad lucernam decollavit. Plin. ep. 2, 17. Ante cryptoportium xystus violis odoratus. Tert. Apol. 38. Nihil nobis est cum insania circi, cum impudicitia theatri, cum atrocitate arenae, cum xysti vanitate. F.] P Hujusmodi xysti apti erant ambulationibus et colloctionibus hominum, et circa villas exstruebantur ornatus causa, consitis ordine arboribus ad umbram, floribus ad odorem, et sedilibus ad quietem. Hinc Vitr. 5, 9. Media vero spatia, quae erant sub divo inter porticum, adornanda viridibus videntur. Plin. ep. 5, 6. Ante porticum xystus concisus in plurimas species, distinctusque buxo. Phaedr. 2, 5. Perambulante laeta domino viridia, Praecurrit alium in xystum, sedans pulverem. Cic. Att. 1, 8. Hermas, et signa, et cetera, quae tibi ejus loci, et nostri studii, et tuae elegantiae esse videbuntur, quam plurima, quam primum mittas, et maxime, quae tibi gymnasii xystique videbuntur esse. Id. Acad. 4, 3. Cum pauca in xysto locuti essemus, tum eodem in spatio consedimus. Suet. Aug. 72. Praetoria sua, quamvis modica, non tam statuarum tabularumque picturam ornata, quam xystis et nemoribus excoluit. Inscr. ap. Cavedon. Marm. Moden. p. 206. Qui pecuniam contulerunt in Caesarem faciendum, in xystos Augustos novis operibus construendos ornandosque, etc.

Y

Y Graecorum vocalis est, qua in illorum dictionibus scribendis tantum utitur. Hujus loco antiqui, qui peregrinam litteram nullam recipiebant, quintam Latinorum vocalem substituebant. Cic. Or. 48. Burrem semper Ennius, nunquam Pyrrhum: Vi pateferunt Bruges, non Phryges, ipsius antiqui declarant libri. Nec enim Graecam litteram adhibebant. Nunc autem etiam duas. Et cum Phrygum, et Phrygibus dicendum esset, absurdum erat aut tantum barbaris casibus Graecam litteram adhibere, aut recto casu solum Graece loqui: tamen et Phryges, et Pyrrhum aurius causa dicimus. Capell. 3, 58. Y appressis labris spirituque procedit, h. e. eo sono effertur, quo Galli et Brixiani et Bergomates suum u. P Auson. Idyll. de litter. monosyll. 12, 9. Pythagorae bivi ramis pateo ambiguis Y. Dicitur littera Pythagorae, non quod ab eo inventa fuerit (est enim inventum Palamedis ex volatu gruum), sed quod ejus figura utebatur ad significandum bivium vitae humanae per virtutes, aut per vitia. Lactant. 6, 3. Dicunt, humanae vitae cursum Y litterae esse similem, quia unusquisque hominum, cum primum adolescentiae limen attigerit, et in eum locum venerit, partes ubi se via findit in ambas (Virg. A. 6, 540.), haereat nutabundus, etc. V. PYTHAGORAS. P Proprium est hujus litterae.

Tom. IV.

rae, ut initio dictionum perpetuo aspietur. Quare quae ab ea incipiunt voces, in littera H quaerendae sunt.

\*YACINTHUS, i. q. hyacinthus. Gloss. Lat. Gr. Yacintus, ἵακινθος. Sic Id. Ypoerita, ὑποκρήνη. Ypotheca, ὑποθήκη. B. A.

YN

\*YNITALOPEX, ecis, vel \*YNITALOPICA, ae, f. Jul. Valer. res gest. Alex. M. (ed. A. Maio) 3, 34. Ynitalopicas viseres de harenis profundis emergere non minus longitudinis cubitis X; eaque quo poterant homines involant: ubi terminationem eas saltem praetulerim: est enim ab ἄλωπηξ, ut Chenatopex. Videntur (ait Maius) intelligendi Indici mures. B. A.

YP

\*YPOCRITA et \*YPOTHECA. } V. in Yacintus. B. A.

YT

\*YTUMNA, ae, Galliae Celticae flumen, alio nomine Itumna et Icauna. Guil. Aremoric. Philipp. 10, 640. At Senones et terra ferax a flumine Ytumna, Usque locum quo Sequanio Lupa confluit amni: ubi Icumna legendum censet Valesius. B. A.

YU

\*YUNGUS, i, vicus Galliae Belgicae, medio inter Remos Treverosque loco. Anton. Itin. P Cluverio est Ligny. B. A.

Z

Z Littera Graeca est, qua in Latinis dictionibus non utitur. Est semivocalis (ut ait Diomed. 2, 415.) ex genere litterarum duplicium. Valet enim sd. Ejus loco nos substituumus interdum geminum ss, ut patrisso pro πατρίσσω, pitisso pro πεισίσσω, interdum sd, ut Esdras pro Ἐσδρας. Antiqui loco ejus unicum aliquando s scribebant, ut Saecynthus pro Σακύνθος, Sethus pro Σήθος. Nonnunquam etiam d litteram loco ejus usurpabant, ut Medentius pro Μεξεντίος. Sed hoc tantum apud antiquissimos, qui peregrinas nullas litteras recipiebant. P Pluribus contendit Pier. ad A. 7, 648. hanc litteram non semper esse duplicem. V. et Voss. Gram. 1, 21.

Z A

\*ZABDICENA, ae, regio sive pars Mesopotamiae. Ammian. 25, 23. vel 8. med. p. 434. Vales. cujus notam V. B. A.

[ZABERNA, ae, f. mantica seu pera, in qua, juxta Papiam, vestes ponuntur, et quiddam aliud. Vox barbara videtur, et ejusdem originis ac ap. Suidam ζάβα, lorica, et ζαβαριόν, zabarum seu loricae repositorium, unde fortasse tabarro Italorum. Edict. Dioclet. p. 25. Pili neti ad diabernas, vel saccos P. 1., & decem; et mox: Zabernarum, vel saccorum par habens pondo triginta, & quadragentis (lege quadragenis) h. e. un pajo di bisaccie. Scriptio autem differentia in diaberna et zaberna est ex Aeolica praepositione ζα pro διά. V. AVERTA; quae vox aliquam habet tum formae, tum significationis cum hac nostra analogiam. F.]

ZABULUS, i, m. Ζάβουλος, idem qui Diabolus: a ζα particula intentiva: vel Aeolice pro δία. Lactant. Mort. persecut. 16. Novem proclis Zabulum cum satellitibus suis debellasti. P Scribitur et zabolus. Pallin. carm. ad Cyther. 597. Quibus peremptis interibit Zabolus. Id. ep. 34, 10. V. Ambros. de fide contra Arian. 6. Cyprian. serm. 2. de zelo, et cf. Drus. ad Nor. Test. P. 2. p. 8. Barth. ad Phoebad. p. 48. sq. B. A.

\*ZACHALIAS, ae, m. Babylonius, scripsit de gemmis ad Mithridatem regem. Plin. 37, 10. Zachalias Babylonius, in his libris, quos scripsit ad regem Mithridatem. P Fortasse idem, qui Zachlas audit Appuleio. V. B. A.

\*ZACHIAS, ae, m. Aegyptius sacerdos. Appul. Met. 2, 127. med. Elmenh. Zachlas Aegyptius, propheta primarius, h. e. magus. V. Zachalias. B. A.

ZACYNTHIUS, a, um, adj. Ζακύνθιος, ad Zacynthum pertinens, quae est insula in Ionio mari prope Peloponnesum, nunc Zante. Nep. Dion. 9. Zacynthios adolescentes quosdam elegit. Pl. Merc. 5, 2, 104. Calchas iste quidem Zacynthius est. Plin. 35, 15, 51. Zacynthium bitumen.

ZACYNTHUS, f. Ζακύνθος, insula in Ionio mari, nunc Zante. Virg. A. 3, 270. Jam medio apparet fluctu nemorosa Zacynthos. Ov. Her. 1, 87. alta Zacynthos. P Ap. Sil. 1, 275. est nomen viri proprium, qui Saguntum in Hispania condidisse fertur,

\*ZAGEIAE, arum, populi Africae, in Troglodytica. Plin. 6, 29. ubi quartum Zageras habes. B. A.

\*ZAGRUS, i, m. mons Mediae. Plin. 6, 27. B. A.

\*ZAITA, V. v. sq. B. A.

\*ZAITHA, ae, f. oppidum Mesopotamiae. Ammian. 13, 5. Vales. p. 360. (al. 12.) Zaita est Ptolemaco, Ζαῖθα Zosimo. P Scribitur et Zaita. B. A.

\*ZALATES, ae, m. vir impudicus et mollis, de quo Juvenal. Sat. 2, 164. Armenius Zalates cunctis narratur ephelis Mollior. B. A.

\*ZALEUCUS, i, m. Ζάλευκος, legislator Locrensis. Cic. Att. ep. 6, 1. Id. de Leg. 1, 22. et 2, 6. Sen. ep. 90. med. Auson. profess. Burdig. 23. Sancerit, et Locris dederit qua jura Zaleucus. P In Val. Max. 1, 2. Seleucus male scribebatur. P De Zaleuco V. omnino acutissimum Bentleium, Dissertation upon the Epistles of Phalaris, p. 335. sq. B. A.

[ZAMENSIS, e, adj. ad Zamam pertinens, nunc Zamora, urbem regiam, Numidiae caput, victoria Scipionis de Annibale illustrissimam. Ejus meminit Sall. Jug. 61., Liv. 30, 29., Sil. 3, 261. aliique. Inscr. ap. Grut. 364, 1. Coloni coloniae Aeliana Hadrianae Aug. Zamae regiae. Plin. 5, 4, 4. Zamense oppidum. Zamenses, ium, absolute, incolae hujus urbis. Auct. B. Afr. 92. Zamenses interim legatos de iis rebus ad Caesarem Uticam mittunt. F.]

ZAMIA, ae, f. detrimentum, jactura: a Graeco ζῆμα, et Dorice ζεμα. Pl. Aul. 2, 2, 19. Nemini credo, qui large blandus dives pauperi: ubi manum injicit benigne, ibi onerat aliquam zamiam. Hypallage est, h. e. aliqua zamia pauperem onerat. P Zamiae ap. Plin. 16, 26, 44. dicuntur nucis pini arboris, quae maturescentes se dividunt: et appellationis ratio est, quia, nisi decerpantur, ceteras laedunt. Hard. rectius leg. azaniae ex MSS.

\*ZAMNES, oppidum Aethiopiae, vel Aegypto Aethiopiaeque conterminum. Plin. 6, 29. B. A.

\*ZAMOLSIS vel Zamolxis, is, m. philosophus, Thrax. Appul. Apol. 290, 191. Elmenh. P Alius, inter Getas natus, servus Pythagorae ac discipulus, ad Aegyptios una cum eo penetravit, deinde eorum ritus in patriam deduxit, a suisque post mortem pro deo habitus. V. Herod. 4, 94. sq. Laert. 8, 2. Suid. et Etymol. Mag. in v. De eo silent Latini auctores. Ceterum Zamolxis, Ζάμολις, potius scribendum, patet ex Varietate Lectionis in ed. Herod. Schweighaeuser. B. A.

\*ZAMOLXIS. V. v. praec. B. A.

ZANCHÀ et Zanga, et Tzanga, ae, f. ζάχη, genus calcementi, quo pedes et media crura constringuntur, unde Italorum stirale, scilicet a στερίω, premo, constringo, et Latinorum stipo, as, et stiva, ae, pars aratri. Fiebat autem ex pelle Parthica, quae a Parthis mollissima et delicatissima conficiebatur: videtur esse ab ἄζω, constringo: unde recentiorum Gallorum sangle, cinctorum. Imp. Gall. ap. Treb. Claud. 17. Misi autem ad eum zanchas de nostris Parthis paria tria. Imp. Arcad. et Honor. Cod. Theod. 14, 10, 2. Usus tzangarum atque braccarum intra Urbem venerabilem nemini liceat usurpare. Adde ib. Acron. ad illud Hor. Sat. 1, 6, 27. Nam ut quisque insanus nigris medium impediit crus Pellibus: Nigris pellibus, inquit, zangis. Gloss. Isid. Zanga, pellis.

ZANCLAEUS et Zancleus, a, um, adj. ad Zanclem pertinens. Ov. Met. 13, 729. Sub noctem potitur Zancleae classis arena, h. e. Sicula. Id. Fast. 4, 499. et te, Zancleae Charybdi. Id. Met. 14, 47. Oppositamque petens contra Zancleia saxa, Rhegion ingreditur. Sil. 14, 48. Zancleae moenia, h. e. Messanae.

ZANCLÈ, es, f. Ζάγκλη, Sicilia, a Ζάγκλη, id est a Saturni falce, quam poetae fabulantur in Siciliam decidisse. Quam fabulam inde ortam putat Maer. Sat. 1, 8. extr., quod Sicilia in primis frugum fertilis sit. Saturnus autem primus putatur in Italia frugum usum invenisse. Ov. Met. 15, 290. Zancle quoque juncta fuisse Italiae legitur, donec confinia pontus Abstulit, et media tellurem reppulit unda. P Eodem nomine appellata est etiam Messana ejusdem Siciliae urbs ad fretum, de qua Sil. 14, 48. Nec Vanclae gerunt obscuram moenia famam, Dexteram quam tribuit posito Saturnia telo. Ov. Met. 14, 5. Liquerat et Zanclem, adversaque moenia Rhegi. Adde Sil. 1, 662. P Item oppidum Peloponnesi, in Messenia. Plin. 3, 5. B. A.

ZANCLÈIUS. V. in ZANCLAEUS.

\*ZAO, promontorium Galliae Narbonensis. Plin. 3, 4. ed. Hard. In ed. Elzev. deest haec vox. B. A.

ZAPLUTUS, a, um, adj. Ζαπλότης, valde dives: a ζα particula intentiva, et πλοῦτος, divitiae. Petr. fragm. Trag. 37. Burm. Ipse nescit, quid habeat; adeo zaplutus est. Adde Not. Tir. p. 157.

\*ZAPAORTENON (genitiv.) occurrit ap. Justin. 41, 5. Urbem nomine Darum in monte Zapaortenon condidit. i. e. (fortasse) in regione Zapaortene vel potius Apavortene. B. A.

\*ZARA, ae, oppidum Armeniae minoris. Anton. Itin. B. A.

\*ZARANGAE, arum, populi Asiae ulterioris, in Drangiana. Plin. 6, 2. B. A.

\*ZARAT. V. v. sq. B. A.

\*ZARATH vel Zarath, oppidum Mauretaniae Caesariensis. Appul. Apol. 289. med. Elmenh. et Anton. Itin. P. Hinc

\*ZARATHENSIS, e, adj. ad Zarath spectans. Appul. Apol. 289. Elmenh. Agrum Zarathensem. B. A.

\*ZARATUS, i, m. magus quidam apud Medos. Plin. 39, 1. B. A.

\*ZARAX, oppidum Laconiae. Plin. 4, 3. B. A.

\*ZARIASPA, ae, vel Zariaspae, es, f. oppidum Bactrianae, i. q. Bactrum. Plin. 6, 15. Ad Bactra oppidum, quod appellant Zariaspae. Id. ib. 16. Bactri, quorum oppidum Zariaspae (quod postea Bactrum) a flumine adpellatum est. P. Zariaspae, urbs Drangiana. V. v. sq. B. A.

\*ZARIASPAE, arum, populi Asiae, in Drangiana. Plin. 6, 23. Prophthasia oppidum Zariaspae. Id. 6, 17. Inde ad Proththasiam Drangarum CXCIX millia. Strabo l. 15. p. 497. Προφθασία της Δραγγωνης. Quae omnia argumento sunt, Zariaspae partem Drangarum fuisse, qui a Zariaspae urbe dicti, non autem illa Bactrianae (prout censet Harduinus), sed quae in Drangis fuit aut prope illos. Sed Plinii Zariaspae suspecti Cellario, qui veretur ne Ariaspas seu Agriaspas aliorum in animo habuerit, si modo genuina illa scriptura. V. Cellar. Geogr. antiqu. T. 2. p. 724. B. A.

\*ZARMIZEGETHUSA, urbs Daciae, postea Ulpia Trajana dicta, hodie vicus Varhel. Ulpian in Pandect. tit. 15. leg. 1. P. Sarmizegetusa audit Inscr. ap. Grut. 6, 3. Adde Inscr. ap. eund. 437, 1. ubi errore lapicidae Sarmizegetusa appellatur. V. et Reines. class. 6. Inscr. 90. P. Ptolemaeo est Ζαρμιζέθουσα et plenus Ζαρμιζέθουσα. B. A.

\*ZAROTIS, fluvius Persidis, non procul ab Euphrate, in sinum Persicum influens. Plin. 6, 23. Flumen Zarotis ostio difficili Sic edidit Harduinus ex MSS. Antea legebatur Oroatis. B. A.

\*ZARRHYTUS. V. v. sq. B. A.

\*ZARYTUS vel Zarrhytus pro Diarrhytus, v. c. Hippo Zarytus vel Hippo Zarrhytus, oppidum Africae Propriae, in Zeugitana. Cf. vocem Zabulus. P. V. Hippo. B. A.

Z E

ZĒA, ae, f. genus frumenti simile farri. Graece est ζέα, pro quo et ζεία dicitur. Far sic vocari, scribit Hieron. in Isai 9, 28, 25. et in Ezech. 4, 9. Manifeste distinguit Plin. 18, 8, 19. Duo ejus genera tradit Dioscor. l. 20. c. 80. alterum simplex, et unius tantum grani, alterum, quod dioccon, hoc est gemini, et duplicis grani appellant, duobus utriculis conjunctum semen habens: ex quo fit sorbitio, vel puls, quae vocatur alica. Plin. l. c. Aegyptio, ac Syriae, Siciliaeque, et Asiae, ac Graeciae peculiaris zea, olyra, typhoe. Qui zea utuntur, non habent far. Est et haec Italiae, in Campania maxime, semenque appellatur. P. Est etiam zea rorismarini species. Appul. Herb. 97.

\*ZELA, ae, f. oppidum Ponti, in finibus Armeniae. Hirt. B. Alex. 72. Plin. 6, 3. a quo Ziela vocatur (Zēleia est Dion Cass.) in Cappadocia ponit. P. Aliud, in Tracia, dictum est Flaviopolis. Plin. 4, 11. B. A.

[ZELATOR, oris, m. qui zelat, et invidet. Venant. carn. 5, 6, 12. Serpens elatus, zelator, larvae hostis. F.]

\*ZELIA, ae, f. Zelēia, oppidum Troadis. Plin. 5, 32. Cf. Zela. B. A.

ZELIVIRA mulier dicitur, quae cum alieno viro cubans, justae uxoris amorem suo praefert timet. Tert. Exhort. ad castit. 9. Omnis mulier zelivira est, quamdiu aliena. Alii rectius pro zelivira est leg. caelibis alia est.

ZĒLO, as, a. l. ζήλω, aemulor, cupide aliquid imitor, tam vehementer amo, ut neminem in partem amoris admitti patiar. Tert. carn. adv. Marc. 4, 36. Qui zelat populum summo pietatis amore. August. Confess. 1, 7. Vidi ego zelantem parvulum: nondum loquebatur, et intuebatur pallidus amaro aspectu collectaneum suum. P. Etiam zelor, aris, deponentis more usurpat. Vet. Poeta in Anth. Lat. T. 2. p. 595. Burm. Zeleris nimium cur mea, Marcie, Tamquam si pereas, limina, nescio, Cum sis proximior una velut domo, Et nostros paries dimidiet lares. \*Vulgat. Reg. 1, 19, 14. Zelo zelatus sum pro Domino Deo etc. B. A.

ZĒLOTES, ae, m. ζήλωτης, accipitur pro amatore, qui nullum in amore fert rivalem. In hac significatione frequenter occurrit in sacris Litteris, praecipue apud Prophetas, qui Deum zelotem esse praedicant, hoc est zelotypum, et ferre non posse, ut amor ille, cultusque sibi uni debitus, ad idola daemone transferatur. Adde Tert. adv. Marc. 1, 28. et ib. 4, 25.

[ZĒLOTICUS, a, um, adj. ζήλωτικός, aemulus. Not. Tir. p. 59. Zelat, zelotypus, zeloticus. F.]

[ZĒLOTUS, a, um, adj. ζήλωτός, desiderabilis, expetendus. Graeca positione in Inscr. ap. Mur.

1769, 1. Zelotos jaceo. Vixi, dum fata sinebant. Zelotos videtur fuisse nomen proprium pueri immature defuncti, nam additur mox: Bis mihi septenis finis datur ultimis annis, Nomine me rapuit mors inimica meo. P. Est item cogn. R. Inscr. ap. Grut. 1, 6. L. Vestorius Zelotus. F.]

ZĒLOTYPĀ, ae, f. ζήλοτυπή, mulier zelotypiam habens. Petr. fragm. Trag. 69. Burm. Noli zelotypa esse. Juven. 6, 277. Si tibi zelotypae reteganur scrinia moechae.

ZĒLOTYPĪĀ, ae, f. ζήλοτυπία, aegritudo animi, cum, ne quis possideat, timemus, quod possidere soli cupimus. Cic. Tusc. 4, 8. Obrectatio autem est ea, quam intelligi zelotypiam volo, aegritudo ex eo, quod alter quoque potitur eo, quod ipse concupiverit. Ant. ad Cic. post ep. 8. l. 10. ad Att. Judicabam duriores partes mihi impositas esse ab offensione nostra, quae magis a ζήλοτυπία mea, quam ab injuria tua nata est. Plin. 25, 7, 37. Nympha zelotypia erga Herculem mortua.

ZĒLOTYPUS, i, m. ζήλοτύπος, idem ac zelotes, id est aemulor, suspiciosus in amore: a ζήλος, et τύπος, quia in zelotypis non amor verus sit, sed ejus solum typus ac imago quaedam: vel quasi ζήλο τυπός, zelo percussus, quia qui sic affectus est, rivalem in amore metuit, nec pati potest. Juven. 5, 45. zelotypo juvenis praelatus Iarbae. Quint. 4, 2. Quid exponet, qui zelotypum malae tractationis accusat? Petr. fragm. Trag. 45. Burm. Videbis populi rixam inter zelotypos, et amasiunculos. Mart. 1, 93. Nec me zelotypum, nec dixeris esse malignum.

ZĒLUS, i, m. ζήλος, fervor ille animi, qui in aemulatione cernitur, qui interdum vitiosus est, interdum cum virtute, quatenus scilicet vel ad honesta studiosius capessenda incitat, vel invidiam de alterius bonis, odiumque interdum parit. Prud. Hamart. 188. Arsit enim scintilla odii de fomite zeli. Vitruv. 7. praef. Ptolemaeus infinito zelo, cupiditateque incitatus studio ad eundem modum contentendat bibliothecam Alexandriae comparare. Auson. epigr. 77. Quin etiam cupio, junctus quia zelus amori, Ut videre aliis foeda, decora mihi.

ZĒMA, ae, f. ζέμα, vas culinarium, olla, cacabus, in quo coquuntur carnes: a ζέω, ferveo, bulio. Apic. 8, 1. f. Mittitur in zemam, elixatur in aqua marina, etc. (Adde ib. 6.) Valerian. Imp. ap. Treb. Claud. 14. Caucos, et scyphos, et zemas pond. undecim. Plerique alii hic leg. zuma neutr. plur. eod. sensu. Sunt etiam, qui zyma, ζύμη, h. e. fermentum, quod hic locum habere non videtur.

[ZENĀ, ae, m. et F.]

[ZENAS, atis, m. et F.]

ZĒNE, es, f. nomina ἱεροποιεῖσιν pro Zenodorus et Zenodora: a Ζην, Juppiter. Est cogn. R. Inscr. ap. Grut. 238, 12. l. Calpurnius Zena. Alia ap. Fabr. p. 143. n. 162. P. Julius P. L. Zenas. Alia ap. Mur. 1608, 8. Zene Athenais contubernali. F.]

ZENO et Zenon, ōnis, m. Ζήνων, nomen duorum celeberrimorum philosophorum. V. ZENONICUS. Prima positio recti casus saepe legitur ap. Cic. in libris philosophicis. De altera Varr. ap. Non. 2, 649. Ubi dicitur primus Zenon novam haeresim novo paxillo suspendisse. (Adde Lactant. var. in loc.) V. RUBICO. Juven. 15, 106. melius nos Zenonis praecepta monent. Mart. 9, 48. Democritos, Zenonas, inexplicitosque Platonas, Quidquid et hirsutus pallet imaginibus, Sic quasi Pythagorae loqueris successor, et heres. P. \*Alius, Epicureus. Cic. Fin. 1, 5. P. Alius, medicus, de quo Cels. l. 5. praef. B. A. P. Est etiam cogn. R. Inscr. ap. Fabr. p. 143. n. 162. P. Julius P. P. L. Zenon.

\*ZENOBIA, ae, f. Ζηνοβία, regina Palmyrenorum, gente Judaea, humaniores literas a Sophista Longino didicit: post Odenati viri mortem in Syria Romanum rexit imperium: poniturque inter XXX tyrannos, qui tempore Galeni orbem usurpaverint. Superata tandem ab Aureliano, ac in triumphum ducta fuit, eique principis clementia Tiburte possessio concessa, ubi honeste matronae more Romanae agitaret. Haec ea castitate dicitur fuisse, ut ne cum viro suo nisi proles gratia congregaretur. Regali alioquin pompa, Persarum fere modo adorabatur. Ad condiciones galeata procedebat cum limbo purpureo gemmis dependētibz, voce clara, moribus severis. Graeci Aegyptiique sermonis peritissima, Latini non ignara. Herennianum et Timolaum filios literis erudit. De quorum exitu nescitur, an interierint morbo, an ab Aureliano fuerint interfecti. Trebell. Poll. de XXX. Tyrann. c. 14. 23 et 29. Vopisc. in Aurel. c. 22. sq. Eutrop. 9, 9. (al. 13.) V. et Zosim. 1, 19. P. Zenobia possessio fuit Tiburte, Zenobiae, ut jam dictum est, reginae concessa. Trebell. Pollio de XXX. Tyrann. c. 30. Huic (Zenobiae) ab Aureliano vivere concessum est. Ferturque vixisse cum liberis, matronae jam more Romanae, data sibi possessione in Tiburti, quae hodieque Zenobia dicitur, non longe ab Adriani palatio, atque ab eo loco, cui nomen est Conche. B. A.

[ZENODORUS, i, m. Jovis donum: a Ζην, Juppiter, et δῶρον, donum. Est cogn. R. Inscr. ap. Reines. cl. 10. n. 1. p. 591. C. Curtius Zenodorus. F.]

\*ZENODOTUS, i, m. Ζηνοδοτός, grammaticus,

qui Suida teste vixit temporibus Ptolemaei primi, ejus etiam filios erudit, ac praefuit Alexandrinae bibliothecae. Primus quoque Homeri libros correxit, ac in ordinem redegit. Hic memorandus ob versiculum Furii Bibaculi ap. Suet. Gramm. 11. En! cor Zenodoti, en! jecur Cratetis, quem ille in Valerium Catonem scripsit; sed quem pro proverbio usurpant quidam. B. A.

ZĒNONIANUS, a, um, adj. ad Zenonem pertinens, ut Zenoniana lex, h. e. a Zenone Imp. lata. Justin. Instit. 3. tit. 2. §. 3.

ZĒNONICUS, a, um, adj. ad Zenonem pertinens, qui fuit philosophus Pythagoricus Eleates, dialecticae inventor. Alter Citiensis, auctor fuit et princeps Stoicorum; de quo multa Cic. in libris philosophicis. Hinc Zenonici, qui alterutris discipuli, eorumve sectae addicti fuerunt. August. contr. Pel. 2, 10.

[ZĒNONINUS, a, um, adj. ad Zenonem pertinens. Est cogn. R. Inscr. ap. Mur. 164, 4. Aurelia Zenonina. F.]

\*ZĒPHYRE, es, f. insula maris Mediterranei, Cretae vicina. Mela 2, 7. Plin. 4, 12. B. A.

\*ZĒPHYRIA dicta est Melos maris Mediterranei insula, teste Plin. 4, 12. B. A.

[ZĒPHYRINUS, a, um, adj. ad Zephyrum pertinens. Est cogn. R. Inscr. ap. Fabr. p. 161. n. 176. M. Euratius Zephyrinus. F.]

\*ZĒPHYRION. V. v. sq. B. A.

\*ZĒPHYRIUM vel Zephyrion, i, n. Ζηφύριον, locorum promontorium in Italia, a quo Locri Epizephyrri dicti, in extimo ejus agri jugo siti, juxta Heraclaeam et Crotonem. Plin. 3, 5. Locri cognominati a promontorio Zephyrio. Mela 2, 4. Ov. Met. 15, 705. P. Aliud, in Cyrenaica. Mela 1, 8. P. Aliud in Cilicia, cum oppido cognomine. Liv. 33, 20. Cf. Plin. 5, 27. P. Item oppidum in terra Taurica, circa Bosphorum Cimmerium. Plin. 4, 12. P. Fuit et Zephyrium insula quaedam dicta Halicarnasso olim adjacens, postea autem terris juncta, ipsiusque urbis pars. Plin. 2, 89. Id nomen etiam Halicarnasso haesisse, patet ex verbis Steph. Byz. Ζηφύριον, ἡ Ἀλικαρνασσός της Καρίας. B. A.

[ZĒPHYRIS, idis, f. est nomen serv. R. Inscr. ap. Mur. 926, 8. Zephyris Liviae L. F.]

ZĒPHYRITIS, idis, f. patronum Ad Arsinonem pertinens, Ptolemaei Philadelphi sororem uxoremque, quae post mortem templum habuit in Zephyrio, Libyae promontorio, sub nomine Veneris Zephyritidis. V. Steph. Byz. in Ζηφύριον. Catull. 66, 57. Isque (Zephyrus) per aetherias me (comam Berenices) tollens advocat umbras, Et veneris casto collocat in gremio. Ipsa suum Zephyritis eo famulum legarat, Grata Canopaeis in loca litoribus.

ZĒPHYRIUS, a, um, adj. Ζηφύριος, ad Zephyrum spectans. Ova Zephyria, ὠὰ Ζηφύρια, eadem ac hypenemia, et urina, ὑπηνέμια, id est ventosa, sterilia: a Zephyrus, quod vento putentur generari, seu potius quod inania sint instar venti. Plin. 10, 60, 80. Irrita ova, quae hypenemia diximus, quidam et vento putant generari: qua de causa etiam Zephyria appellantur. V. HYPENEMUS, et URINUS.

ZĒPHYRUS, i, m. Ζήφυρος, unus ex quatuor ventis cardinalibus, qui flat ab occasu aequinoctiali, adversus Subsolanum, testibus Gell. 2, 22. et Plin. 18, 34, 67. n. 2. Sic dictus videtur quasi ζωήφυρος, sive τὸ ζῆν φέρων, h. e. ferens vitam, seu vivere, quia nempe τὸ θέλει πρῶτος αἰθῆρ οὐ κατὰ αὐτοῦ, calore ipsius flantis fructus augentur: unde et genitalis mundi spiritus a Plinio appellatur. Idem est qui Latine Favonius. Sed Vegetius Zephyrum et Favonium diversos ventos esse vult. V. FAVONIUS et VENTUS. P. Hic ventus cum flat, ver inchoat, ut Plin. l. c. testatur. Hinc Hor. Ep. 1, 7, 13. te, dulcis amice, reviset Cum Zephyris, si concedas, et hirundine prima; et Virg. G. 1, 43. Vere novo, gelidus canis cum montibus humor liquitur, et Zephyro putris se gleba resolvit. P. Secundum fabulas fuit filius Astraei et Aurorae, ferturque Chlorin Nympham adamasse, eique concessisse, ut floribus praesesset, quae deinceps Flora dicta est. Narrat etiam Serv. in Ecl. 5, 48. unam ex Horis Zephyro tributam uxorem fuisse, ex qua susceperit filium Carpon nomine longe pulcherrimi corporis, qui post ab Jove in rerum omnium fructus conversus sit. Haec autem fabula designatur effectus hujus venti, omnes fructus genitali aura fecundantis, et ad maturitatem perducentis, ut dictum est. P. Hujus officium est portare nuntios Deorum, quos celeriter aliquo pervenire opus sit. Virg. A. 4, 222. Tum sic Mercurium alloquitur, et talia mandat: Vade age, nate, voca Zephyros, et labere pennis. P. Pro quolibet vento. Virg. A. 4, 562. nec Zephyros audis spirare secundos? P. \*Zephyrus Arsinonae delictum, Ptolemaei Philadelphi sororis uxorisque, memoratur ab Auson. in Mosella v. 315. P. Fuit et Zephyrus nomen unius e canibus Actaeonis. Hyg. fab. 181. B. A.

\*ZĒRBIS, is, fluvius Assyriae, in Tigridem cadens. Plin. 6, 26. B. A.

\*ZĒRNESEAE, ium, incolae Zernae. Fuit autem Zerna vel Zernae oppidum Daciae. Ulp. in Pandect. l. 15, 1. Zernensium colonia, h. e. Zerna oppidum. B. A.

ZĒROS, i, m. genus gemmae, similis iridi. Plin.

37, 9, 53. Similis est aspectu, sed non ejusdem affectus, quae vocatur zeros, alba nigraque macula in transversum distinguente crystallum.

ZERYNTHIUS, a, um, adj. ad Zerynthum opp. Samothraciae spectans. Ov. Trist. 1, 10, 19. Inde levi vento Zerynthia litora nacta Threicium tetigit fessa carina Samon. Liv. 38, 41. Apollo Zerynthius.

ZETA, ae, f. idem omnino est ac diaeta. Lamprid. Elag. 31. Odores ludicos sine carbonibus ad vaporandas zetas jubebat incendi. Adde etiam ea exempla in DIAETA allata, in quibus fere omnibus, ut ab eruditissimis observatum est, quaedam editiones habent zeta, quaedam diaeta: nam zeta ea ratione a diaeta facta est, quae a diabolo zabulus, et ζαβύλλω a διαβύλλω, etc. ut docet Voss. in Etym. P Imo et Ceta scribebatur, ut est in Inscr. Aponensi ap. Maff. Mus. Ver. 127, 4. Lusor epidixibus et cetes I. H. III. in greg. Veturian, etc. h. e. dictae I. H. III. In hac autem voce vel errore quadratarii, sive potius idiotismo Patavinorum pro littera Z posita est C. P Zeta, nomen hujus litterae, ζῆτα. Auson. Idyll. de litter. monosyll. 12, 11. Zeta jacens si surgat, erit nota, quae legitur N.

ZETARIUS, ii, m. idem qui diaetarius. Sic Paul. Sentent. 3, 6, 58 zetarios vocat, quos Ulp. Dig. 33, 7, 12. med. diaetarios.

ZETECULA. V. ZOTHECULA.

ZETEMA, atis, n. ζήτημα, quaestio. Inscr. ap. Mur. 1282, 11. Zetema plenum et inanim. P Zetema, ae, f. est cogn. R. (V. SCHEMA.) Inscr. ap. Mur. 1704. Hatilia (lege Statilia) Zetema. F.]

[ZETEMENUS et Zitemenus, a, um, adj. ζήτημένος, quaesitus, particip. praet. perf. pass. a ζήτηω, quaerō; onnisso e augmento, ex more Ionico. Est cogn. R. Inscr. ap. Rosin. Dissert. isag. tab. 15, col. 2. C. Lusius C. L. Zitemenus. Hic ex vulgi pronuntiatione Zitemenus pro Zetemenus scribitur. F.]

ZETES seu Zethes, ae, m. et Zethus, i, m. Ζήτης, Ζήθης, filius Boreae regis Thraciae, et Orithyiae, frater Calais. V. CALAIS.

\*ZETHIS, oppidum Carmaniae. Plin. 6, 23. ed. Hard. ubi ed. Elzev. exhibet Zetis. B. A.

ZETHUS, i, m. Ζήθος, Jovis ex Antiopa filius, et frater Amphionis, cui adiutor fuit in condendis Thebis. Genuit ex Aedone uxore Itylum et Thium. Cic. Or. 2, 37. Miror, cur philosophiae, sicut Zethus ille Pacuvianus, prope bellum indixeris. Hor. Ep. 1, 18, 41. Gratia sic fratrum geminorum Amphionis, atque Zethi dissiluit. P Fuit etiam Zethus mathematicus quidam insignis, de quo Sidon. ep. 4, 3. Investigare cum Atlante sidera, cum Zetho pondera, cum Chrysidio numeros. P Est etiam cogn. R. Inscr. ap. Fabr. p. 143. n. 162. P Julius P. L. Zethus. P Scribitur et Zetus sine aspiratione.

\*ZEUGES vel Zeugis. V. v. sq. B. A.

\*ZEUGITANUS, a, um, adj. Zeugitana regio pars Africae propriae, ab Hadrumeto tendens usque ad Numidiam, qua Carthago, Utica, etc. Pars altera Byzacena dicta. Plin. 5, 4. A Tusca Zeugitana regio et quae proprie vocetur, Africa est. Martian. Capell. 6. (de Africae provinciis) med. p. 216. Grot. Interius Zeugitana regio, quae proprie vocatur Africa, habet haec tria promontoria etc. Solin. 27. (al. 40.) in. Omnis Africa a Zeugitana pede incipit: ubi V. Salmas. P Zeugis et Zeugis etiam appellatur. Aethic. in Cosmograph. (ap. Hard. ad Plin. l. c.) Zeugis prius non unius loci cognomentum, sed totius provinciae fuit, velut in hodiernum ita a prudentibus accipitur. Byzantium (Byzacium) est ubi ejus metropolis civitas Hadrumetus sita est: Zeugis est, ubi Carthago civitas constituta est. Isid. Orig. 14, 5. Zeugis, ubi Carthago magna, ipsa est et vera Africa inter Byzantium et Numidiam sita. B. A.

ZEUGITES, ae, m. ζευγίτης, genus calami, seu arundinis in Orchomeno lacu: nomen habens ex eo, quod capiendis avibus usum habet. Hesychie enim ζεύγαι sunt βραχέος ορνίθων, laquei avium. Plin. 16, 36, 66. Cum igitur anno permanserit inundatio, proficiunt (calami) in aucupatorium quoque amplitudinem: vocabantur zeugitae.

ZEUGMA, atis, n. ζεύγμα, Graeca vox, a ζεύγνυμι, jungo, idem est quod adjunctio, hoc est figura verborum per detractionem, qua plures sententiae uno connectuntur verbo, seu per quam ponitur ali quod verbum vel in principio, vel in medio, vel in fine periodi, quod alia etiam membra ejusdem periodi regere debeat, sine ulla mutatione generis, vel numeri, vel alterius accidentis. Cic. Rosc. Am. 8. Cum eodem tempore et ea, quae praeterita sunt, et ea, quae videntur instare, praeparet. P Triplex est, protozeugma, mesozeugma, hypozeugma, secundum tres illos modos, quibus fit. Protozeugma, vel primus modus est, cum illud vocabulum, unde membra orationis pendunt, ponitur in principio. Cic. Cluent. 6. Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Mesozeugma est secundus modus, cum vocabulum in medio ponitur. Auct. ad Her. 4, 27. f. Formae dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate. Hypozeugma, vel tertius modus est, cum princeps illa vox in fine ponitur. Cic. Cat. 1, 9. Nec enim is es, Catilina, ut te aut pudor unquam a turpitudine, aut metus a periculo, aut ratio a furore revocaverit. Acon.

in Ferr. 1, 18. Figura zeugma: ad singula enim subaudiendum est, puto esse oportere. P Est etiam hoc nomine urbs Syriae ad Euphratem cum ponte, qua Bacchus transit Indiam petens, et Alexander M. Parthiam, qui et urbem condidisse dicitur, unde Pellaum Zeugma dicitur a Lucan. 8, 237. Adde Stat. Silo. 3, 2, 137. et Plin. 5, 12, 13. et ib. 24, 21. et 31, 15, 43. Nomen inde est, quod pontem habet, quo fluminum ripae junguntur. Ζεύγμα enim conjunctio est, a ζεύγνυμι, jungo, ut dictum est.

[ZEUNITOR, oris, m. junctor, qui mulas jungit ad rhedam: a ζεύγνυμι, jungo. Inscr. ap. Marin. Frat. Arv. p. 250. et 824. Genius collegii zeunitorum. F.]

ZEUS, i, m. piscis praestantissimi genus in Oceano Atlantico, et circa Gades, inter omnes, qui in eo mari capiuntur, bonitatis palmam obtinens. Gaditani alio nomine fabrum appellant, a colore, opinor, fuligineo, quo fabri plerumque nigricant. Hesychie. Ζαῖος, εἶδος ἰχθύος. Plin. 9, 18, 32. Est et haec natura, ut alii alibi pisces principatum obtineant: coracinus in Aegypto, zeus, idem faber appellatus, Gadibus, circa Ebusum salpa, etc. Colum. 8, 16. f. Ut Atlantico faber, qui et in nostro Gadium municipio generosissimis piscibus adnumeratur, eumque prisca consuetudine zeum appellatur, [ZEUXIDAMUS, i, m. qui jungit populum: a ζεύγνυμι, jungo, et δαῖος Dorice pro δήμιος, populus. Est nomen serv. R. V. Inscr. in CAILLA. F.]

\*ZEUXIPPE, es, f. uxor Teleontis, pater Butae. Hygin. fab. 14. B. A.

ZEUXIS, is et idis, m. Ζεύξιος, pictor Heracleotes, Parrhasii aequalis tempore, arte major, de quo multa Plin. 35, 9, 36. n. 2, 3. et 4. ubi Zeuxidis gen., Zeuxin accus. et Zeuxide ablat. P Item statuarii nomen. Plin. 34, 8. P Blandentius Zeuxis, homo e provincia Q. Ciceronis. V. Blandentius. B. A.

ZI

\*ZIELA, ae, f. oppidum in Ponto. Plin. 6, 3. V. Zela. B. A.

\*ZIGAE, arum, populi Asiae, trans Maeotim lacum Plin. 7, 7. B. A.

\*ZIGEBE, oppidum Moesiae inferioris, ad Pontum Euxinum. Plin. 4, 11. B. A.

\*ZIGERUS, i, portus Indiae, cis Gangem situs. Plin. 6, 23. Si Zigerum portum Indiae peteret. B. A.

\*ZILIA vel Zilia, ae, f. Ζιλία, Ζιλία, fluvius Mauritaniae Tingitanae. Mela 3, 10. P Et nomen oppidi in ripa fluminis siti. Mela ib. P Dicitur et Zilis vel Julia Constantia Zilis teste Plin. 5, 1. B. A.

\*ZILAS. V. v. praef. B. A.

\*ZIMARA, ae, oppidum Armeniae minoris. Plin. 5, 24. Anton. Itin. et Tab. Pent. B. A.

\*ZIMIRIS, is, regio Aethiopiae. Plin. 36, 16. Invenitur hic (magnes) in Aethiopiae Zimiri: ita vocatur regio arenosa. B. A.

ZIMPIBERI, et

\*ZINGI, orum, populi Scythiae Asiaticae, vel Sarmatiae Asiaticae, trans Maeotim lacum. Plin. 6, 7. B. A.

ZINGIBERI, n. indecl. ζιγγίβηρις, genus aromaticis, parvas habens radices, albescentes, odoratas, sapore piperis. Plin. 12, 7, 14. de pipere: Non est hujus arboris radix, ut aliqui existimaverunt, quod vocant zimpiberi, alii vero zingiberi, quamquam sapore simile. Id enim in Arabia, atque Troglodytica in villis nascitur, parvae herbae radice candida. Adde Cels. 5, 23. extr. P Dicitur et zinziber. Apic. 2, 2. Zinziber minutum. Pallad. in Octob. 20. Triti piperis atque zinziberis. Adde Cels. l. c. B. A.

ZINZILULO, as, n. l. verbum barbarum exprimens cantum quarundam avium submissiore voce, et crebris flexionibus canentium. Auct. carm. Philom. 43. Regulus, atque merope, et rubro pectore prognos Consimili modulo zinzilulare sciunt. P Scribitur et zinzibulo. B. A.

\*ZIOBERIS, is, Parthiae fluvius, cujus meminit Curt. 6, 4. et praeterea nemo. B. A.

\*ZIRAS, ae, fluvius Moesiae inferioris, in Pontum Euxinum cadens. Plin. 4, 11. ed. Hard. ubi ed. Elzev. exhibet Zyras. B. A.

ZIRBUS, i, m. idem quod omentum. Apic. 8, 6. f. Haedum in zirbo componere.

\*ZIZAMA, oppidum Libyae inferioris. Plin. 5, 5. B. A.

\*ZIZANIA, ae, f. i. q. zizanium. Ambros. Frumentum zizaniae. B. A.

ZIZANIUM, ii, n. ζιζάνιον, vitium tritici hordeique nimia loci uligine corrupti, jugibus pluviis diluti, quod Latine lolium appellatur. Edigium habet hordeo haud dissimile, sed folium angustius, pinguis, et hispidius, semen exilius in cortice aculeato, florem autem subpurpureum. Legitur in vulgato S. Scripturae versione, ap. Hieron., August., et alios Ecclesiasticos scriptores, et fere in plur. num. Antepaenultima longa ap. Prud. Apoth. 6, 8. praef. Zizanium semina; et Venant. carm. 5, 2, 41. De satione Dei zizania vultis amara. Brevis ap. Prosper. Aquit. de ingratis 962. Spinis fulta subit seges horrida zizanium.

ZIZYPHUM, i, n. ζιζυφοῦ, fructus zizyphi arboris,

ris, quae novissimis Augusti temporibus ex Syria in Italiam translata est. (V. TUBER.) Plin. 15, 14, 14. Aequae peregrina sunt zizypha, et tuberes, quae et ipsa non pridem venere in Italiam: haec ex Africa, illa ex Syria. Sex. Papinius, quem consulem vidimus, primus utraque attulit divi Augusti novissimis temporibus, in castris sata, baccis similiora, quam malis, sed aggeribus praecipue decora. Adde 17, 10, 14. et 21, 9, 27. et Colum. 9, 4. P Etiam ziziphum scribitur, et zizufum, V. PSITTACIUM: imo et zesopum in Not. Tir. p. 170.

ZIZYPHUS, i, f. ζιζυφος, arbor, quae zizypha fert. V. voc. praef. Ejus serendae rationem docet Pall. 5, 4. P Scribitur et ziziphus.

ZM

ZMÄRAGDUS. V. SMARAGDUS.

ZMILACES, is, m. ζμιλάκις, gemmae genus. Plin. 37, 10, 70. Zmilaces in Euphrate nascitur, Proconnesio marmoris similis, medio colore glauco. Hard. leg. zmitampis ex MSS. suis omnibus. Solino 37. est smilantis.

\*ZMILUS, i, m. unus ex architectis Lemni labyrinthi. Plin. 36, 13. B. A.

ZMYRNA. V. SMYRNA. P Smyrna autem est etiam cogn. R. Inscr. ap. Grut. 129, 16. Pomponia Smyrna.

ZO

ZODIACTEUS, a, um, adj. ad zodiacum pertinens. Capell. 1. p. 3. Annua peragratio zodiactea. Alii rectius leg. zodiactea.

ZODIACUS, i, m. ζωδιακός, ζώδιος, ζωογράφος, circulus in coelo ex numero maximorum, vel potius zona, aut armilla quaedam, quae duodecim illa signa continet, quae Sol, Luna et alii planetae motu proprio percurrunt. Dixi, vel potius zona, aut armilla: nam cum omnes circuli sine latitudine, et profunditate esse intelligantur, hic habet latitudinem duodecim graduum, et secundum nonnullos quatuordecim, secundum alios sexdecim, et ex una parte tropicum Cancris, ex altera Capricorni attingit. Dicitur est ab illis signis, quae complectitur, quae ζώδια, seu ζώδια dicuntur, id est parva animalia. Idem a duodecim signis a Cic. in Arat. 317. et ab aliis signifer orbis appellatur, a Manilio dicitur balteus stellatus, ab aliis aliter. Signa autem hujus circuli sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces. Cic. Div. 2, 42. Vim quandam esse ajunt signifero in orbe, qui Graece ζωδιακός dicitur, talem, ut ejus orbis unaquaque pars alia alio modo moveat, immutetque coelum. Gell. 13, 9. Stellae istae ita circulo, qui zodiacus dicitur, sitae locataeque sunt, ut, etc. P Adjective Sidon. ep. 8, 11. med. Zodiacum diastema. Capell. 1. p. 4. Zodiaca hospitia; et p. 16. Zodiacus tractus.

[ZODIUM, ii, n. ζώδιον, parvum animal, diminut. a ζώον, animal: signum coeleste in zodiaco. Censor. de die nat. 8. Plures proximitantia sibi met zodia invicem se videre omnino negaverant; et mox: Nam si, ut a primo zodio ad tertium, sic a tertio ad quintum, etc. F.]

ZOE, es, f. ζωή, vita. Blanda compellatio inter amantes. Graece scribunt Mart. 10, 68. Ζωή καὶ ψυχὴ lascivum congeris usque; et Juven. 6, 194. quoties lascivum intervenit illud Ζωὴ καὶ ψυχὴ. Nunc Itali dicunt vita mia, anima mia. V. ANIMA et VITA. P Est etiam cogn. R. Inscr. ap. Mur. 1245, 8. Caecilia Zoe. P Est item hoc nomine unus ex Aeonibus Valentini. Tert. adv. Valent. 12. Et quae feminae, refunduntur in Sigas, in-Zoas, in Ecclesias, in Fortunatas.

[ZOELAE, arum, n. plur. incolae populi Hispaniae Tarraconensis in Asturia. Plin. 3, 3, 4. f. Hinc F.]

[ZOELICUS, a, um, adj. ad Zoelas pertinens. Plin. 19, 1, 2. Zoelicum linum plagis utilissimum. Civitas ea (est) Gallaciae, et Oceano propinqua. F.]

[ZOICUS, a, um, adj. ζωικός, animalis. Est nomen proprium virile. Inscr. ap. Mur. 1769, 2. Zoicus hic nomen nudum vanumque reliqui. F.]

ZOILUS, i, m. Ζωῖλος, sophista Amphipolites, Ptolemaei Philadelphi temporibus hoc uno facinore nobilitatus, quod Homerum poetarum omnium principem libris adversus eum scriptis ausus sit reprehendere: unde et Ομηρομάχοις cognomen accepit. Mors ejus, inquit Vitr. 7. praef., ut parricidii damnati, varie memoratur. Alii eum scripserunt a Philadelpho esse in cruce fixum: nonnulli, in eum lapides esse coniectos: alii Smyrnae vivum in piram coniectum. Quorum utrum ei acciderit, merenti digna constitit poena. Haec Vitr. P Ab hujus moribus sumptum est, ut homines lividi, et ex alieni ingenii obtrectatione laudem aucupantes Zoili dicerentur. Ov. Rem. Am. 365. Ingenium magni livor detrectat Homeri: Quisquis es ex illo, Zoile, nomen habes.

[ZOIS, idis, f. Ζοῖς, vita. Est cogn. R. Inscr. ap. Mur. 1692, 5. Julia Zois. F.]

\*ZOMBIS, Mediae oppidum. *Ammian.* 23, 6. *med.* p. 375. *Vales.* (al. 23.) *B. A.*

ZOMOTEGANITE, es, f. adj. (scil. subintelligitur patina) ζωμοτηγανίτη, a ζωμός, jus, et κηραρον, sartago. Patina piscium: zomoteganite ap. *Apic.* 4, 2. est patina piscium in suo jure coctorum. Ita quidem restituit *Hemelbergius*, nam alii aliter legunt.

[ZON, ontis, m. ζών, vivens, particip. a ζῶω, vivo. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Grut.* 367, 7. *L. Atilio P. F. Zonti*, etc. *F.*]

ZONA, ae, f. ζώνη, vinculum, quo cingimur, cinctus, balteus: a ζώνω, cingo. *Ov. Fast.* 2, 320. Dat teretem zonam, qua modo cincta fuit. *Hor. Od.* 1, 30, 5. et solutis Gratiae zonis, properentque Nymphae. P. Veteres in zonis pecuniam deferebant. *C. Gracchus* ap. *Gell.* 15, 12. Zonas, quas plenas argenti extuli, eas ex provincia inanes retuli. P. Hinc zonam perdidit, proverbialiter dicitur in eum, qui omni pecunia destitutus est. *Hor. Ep.* 2, 2, 40. Ibit eo, quo vis, qui zonam perdidit. P. Zonam solvere dicuntur novae nuptae quae viro traduntur, et primum cum eo concumbunt. Virgines enim non nisi cinctae procedebant, sed novae nuptae in cubiculum mariti deductae a pronuba cingulum, quod ex ovilla lana contextum, et nodo etiam (quem *Herculaneum* vocabant, *V. NODUS*.) nexum gerebant, solvebatur, et Dianae dicabatur. *Ov. Her.* 2, 115. Cui mea virginitas avibus libata sinistris, Castaque fallaci zona recincta manu. *Catull.* 2, 11. Tam gratum mihi, quam ferunt puellae Pernici aureolum fuisse malum, Quod zonam soluit diu ligatam. *V. ATALANTA*. P. Per translationem zonae dicuntur circuli quidam lati, coelum terramque veluti cingula quaedam ambientes. Sunt autem numero quinque, ex quibus media, quae inter Tropicos est, nimio calore, parum apta habitationi olim credita fuit; quae vero extremae sub Arctico, et Antartico circulis sitae, nimio frigore horrent: unde et ipsae inhabitabiles habitatae sunt: reliquae autem, ut quae medium inter torridam et gelidam situm obtinent, temperatae sunt, humanae vitae accommodatissimae. *Virg. G.* 1, 233. Quinque tenent coelum zonae, quarum una corusco Semper sole rubens, et torrida semper ab igni: Quam circum extremae dextra laevaue trahuntur Caerulea glacie concretae atque imbribus atris. Has inter mediamque duae mortalibus aegris Munere concessae Divum, et via secta per ambas, Obliquus qua se signorum verteret ordo. *Ov. Met.* 1, 45. Utque duae dextra coelum totidemque sinistra Parte secant zonae, quinta est ardentior illis: Sic onus inclusum numero distinctum eodem Cura Dei, totidemque plagae tellure premuntur; Quorum quae media est, non est habitabilis aestu; Nix tegit alta duas; totidem inter utramque locavit, Temperiemque dedit mista cum frigore flamma. Adde *Cic. Somn. Scip.* 6., ubi eadem dicit, zonae vocabulo abstinet: item *Tibull.* 4, 1. a. v. 151. et *Plin.* 2, 68, 68. P. Translate zona appellatur herpetis genus, quod etiam zoster dicitur; quia medium cingit hominem. *Scrib. Comp.* 63. Facit hoc medicamentum ad carbunculos, et ad ignem sacrum, et ad zonam, quam Graeci ζώνη dicitur. Adde *Plin. Val.* 3, 33.

ZONALIS, e, adj. ad zonam coeli pertinens. *Macr. Somn. Scip.* 2, 5. *med.* Eadem est in ejusdem zonalis ambitus continuatione temperies.

ZONARIUS, a, um, adj. ad zonam pertinens, ut Sector zonarius, βαλαντιοφόρος, qui zonam, seu crumenam incidit, crumeniseca. *Pl. Trin.* 4, 2, 20. Mira sunt, ni illic homo est aut dormitator, aut sector zonarius. P. Zonarius absolute, qui zonas facit, ζωνοπλόκος. *Cic. Fl.* 7. f. Quod Mithridates, qui multitudinem illam non auctoritate, sed sagina tenebat, se velle dixit, id sutores et zonarii conclamarunt.

ZONATIM, adv. per gyrum. *Lucil.* ap. *Non.* 2, 928. Zonatum circum implurium cinerarios cludebat.

\*ZONE, es, f. ζώνη, promontorium Thraciae, in Aegaeum mare incurrens, e regione Thasi insulae. *Mela* 2, 2. *Plin.* 4, 11. P. Fuit et oppidum eodem nomine in promontorio situm, teste *Steph. Byz.* *B. A.*

ZONULĀ, ae, f. ζώνη, parva zona. *Catull.* 61, 53. tibi (*Hymenaeae*) virgines Zonula soluunt sinus. Adde *Ser.* ap. *Non.* 14, 15. *V. ZONA*. *Lampr. Alex. Sev.* 52. Miles non timet, nisi vestitus, armatus, calceatus, et satur, et habens aliquid in zonula.

ZOOPHÖRUS, et contracte Zophorus, i, m. Ζωοφόρος, et Ζωφός, Graece est idem ac zodiacus: a ζῶον, animal, et φέρω, fero. P. Sic etiam dicitur in architectura pars columnae inter epistylum, et coronidum, idque, quia animalium, aliarumque rerum signis saepe ornatur. Utitur *Vitr.* 3, 3. *med.* Itali nunc fregio appellant, nempe a Phrygionibus, ut *Philander* ostendit.

ZOOPHTHALMOS, i, m. ζωόφθαλμος, herbae genus, in tectis, et subgrundiis nascentis, quae folium habet carnosum, et subrotundum oculi animalis si multitudinem referens, unde et nomen accepit: a ζῶον, animal, et ὄφθαλμός, oculus. Notiore nomine aizoum, seu sempervivum majus vocatur. *Plin.* 25, 13, 102. Aizoi duo genera. Majus in fictilibus

vasculis seritur, quod aliqui buphtalmon vocant, alii zoophthalmon, alii stergethron, quod amatoriis conveniat, alii hypogeson, quoniam in subgrundiis fere nascitur. Sunt qui ambrosiam potius vocant, et qui amerimnon: Itali sedum magnum, aut oculum, aut digitellum.

ZOPISSĀ, ae, f. ζώπια, pix navibus abrasa, quae admista cerae, et marino sale macerata multo est ad omnia efficacior, quam aliae pices: ita est appellata a ζῶω, ὦ, ferveo, et πῶα, pix, quia igne decoquitur, vel ab Hebr. זָפֶת zéphet, pix. *Plin.* 16, 12, 23. Non omittendum, apud eosdem (*Subalpinos Italiae*) zopissam vocari derasam navibus maritimis piceam cum cera, nihil non experiente vita, multo efficacior ad omnia, quibus pices, resinaeque prosunt, videlicet adjecto salis callo. *Id.* 21, 7, 26. Zopissam eradi navibus diximus, cera marino sale macerata.

[ZOPYRUS, a, um, adj. qui ignem suscitatur: a ζῶος, vivus, et πῦρ, ignis. Hoc nomine fuit illustris physiognomon, de quo mentio est ap. *Cic. Fat.* 5. et *Tusc.* 4, 37. P. Item nobilis Persa, qui sibi mutilatis auribus, labiis et naso, quasi transfuga a Dario rege Babylonem se contulit ab eodem oppugnatam. Receptus igitur, et dux belli constitutus, eandem Dario tradidit. *Just.* 3, 10. et sqq. P. Item orator Clazomenius, de quo *Quint.* 3, 6. P. Item caelator ap. *Plin.* 53, 12, 55. P. Item medicus ap. *Cels.* 23. Alterum (antidotum), quod Zopyrus regi Ptolemaeo dicitur composuisse, atque ambrosiam nominasse. P. Est etiam cogn. *R. Inscr.* ap. *Grut.* 101, 5. Q. Agrius Zopyrus. *Alia* ap. *Mur.* 1786, 28. Laelia L. L. Zopyra. P. *Zopyron*, est herba, quae et clinopodion dicitur, serpylli similis, ap. *Plin.* 24, 15, 87.

\*ZOROANDA, locus Armeniae majoris, ubi eruptio Tigris fluminis. *Plin.* 6, 27. *B. A.*

\*ZOROASTRES, ae et is, m. Ζωροάστρης, rex Bactrianorum fuisse scribitur, Nini Assyriorum regis temporibus, annis quadringentis ante bellum Trojanum. Risit eodem, quo natus est, die, ut *Plinius* auctor est 7, 10. In fragmentis *Pseudo-Berosi* Chaldaei legitur, Zoroastrem fuisse Chamum, vel Cham, filium Noae, sic dictum quasi ζῶον ἀστρον, i. e. vivum astrum, a diligentis contemplatione motus siderum. Non enim magiam tantum condidit primus, quod *Plinius* tradit 30, 1. sed astrologiam etiam, seu Chaldaeorum artem, ut *Torrentius* ex *Pseudo-Clementis* 4. *Recognit.* ad *Hor. Od.* 1, 11. observat. Adde *Just.* 1, 1. Quem Zoroastrem, Misraimum, Chami filium, nepotem Noae fuisse, unde Aegyptii, Babylonii, Persae orti sint, et a Daemone, qui frequens ipsi adfuit, fuisse exustum, eodem tradit auctore. *Scaliger*, Zoroastrem magum aliquot seculis illo altero Bactrianorum rege posteriori fuisse, *Animadversioibus Eusebianis* putat. Exstant Zoroastris oracula quaedam, quae *Psellus* exposuit Parisiis excusa. Sed de Zoroastre consulenda in primis est peculiaris dissertatio *Joh. Henr. Ursini*; qui cum p. 9. docuisset, Zoroastres sex pluresve nobis produci et edolari a nuperis scriptoribus, p. 17. ostendit, non nisi duorum mentionem fieri ab *Arnobio*, et ita fieri, ut illum *Hermippus* qui Bactrianus habebatur, manifeste explodat. Igitur ipse quoque secutus *Arnobium*. Bactriano Zoroastre p. 26. valere jussu, Zoroastrem verum non nisi unicum agnoscit, eum nempe p. 29. qui tempore ultimorum prophetarum magus insignis exstitit, Cyrique regis familiaris, comes expeditionum ejus fuerit p. 32. Nam alterum illum, quem et magum, et Bactrianorum simul regem facit *Justinus*, nugas meras esse: cum Bactriano illi verum nomen *Oxyartes* fuerit; *Justinus* autem hic *Hermippum* secutus videatur, qui primus *Eudoxi* fabulas interpolaverit p. 26. Vibi et *Spicilegium Christoph. Arnoldi* p. 40 et 41. Simul autem ita confectae jacent opiniones eorum, qui Zoroastrem sibi in sacra temporum antiquissimorum historia videntur reperiisse, alii Chanum, alii Misraimum, alii Nimrodum eum fuisse tradentes: ut cum *B. Ursino* p. 9. multa mittamus in compendium. Id quod *Goropio* etiam *Becano* dictum esto, qui *Gallie* 1, 27. Zoroastrem Oromazae filium interpretatur *Iapetum* Noachi filium. Sed horum omnium hallucinationes superavit *Phil. Cluverius*, Zoroastrem transformans in primum mortalium *Adamum*. *Germ. Ant.* 1, 23, 191. et 24, 206. ubi et Zoroastrem ac *Linum* eundem statu it hominem fuisse; castigatus obiter a *Petr. Lambec. Prodr. hist. lit.* 1, 58. Adde, quae habet *Seldenus de Diis Syris* p. 320. et *Fabric. B. G.* 1, 36. V. et *Brucker. Hist. Crit. Philosoph.* 2, 109 sq. *Vales.* ad *Ammian.* 23. p. 374. P. Genitivum Zoroastris habes ap. *Appul. Apol. med.* p. 291. *Elmenh.* Cur mihi nosse non liceat vel Zamolxis bona verba vel Zoroastris sacerdotia? P. Zoroastris nomen μεθερηνεόμενον, ἀστροθῆνην sive astrorum cultorem significare docet *Laert.* in prooemio in vitas Philosophorum, ex *Dione* et *Hermodoro*. *Pseudo-Berosi* derivationem nominis supra dedimus. *B. A.*

ZOROASTREUS, a, um, adj. Ζωροάστρειος, ad Zoroastrum pertinens, qui fuit Bactrianorum rex, et primus artem magicam dicitur invenisse, et mundi principia, siderumque motus diligentissime spe-

ctasse, ut ait *Just.* 1, 1. Perperam primam corripit *Prud. Apoth.* 562. Qui Zoroastres turbasset fronte susurros, h. e. magica carmina, ubi male primam vocis syllabam corripuit *Prudentius*, cum Graecum sit Ζωροάστρης. Legitur et Zoroastraeos. *B. A. Appul. Herb.* 79. Rosmarinum Zoroastrei theopnoen, Latini salutarem vocant.

ZORONYSIUS, ii, m. Ζωρονύσιος, genus gemmae. *Plin.* 37, 10, 70. Zoronysius in Indo flumine nascitur. Magorum gemma esse narratur, neque aliud amplius de ea. *Hard. leg. Zoranisceos* ex MSS.

[ZOSIMUS, a, et ē, um, adj. ζώσιμος, ἡ, or, vitalis, qui vivere potest. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Maff. Mus. Ver.* 81, 2. P. Tossius Zosimus. *Alia* ap. *Grut.* 372, 5. M. Aurelius Syntycheus Juliae Zosimae. *Alia* ap. *eund.* 669, 2. Papinia Zosime. P. Etiam Zosime, enis, declinatur, de qua declinatione consule *Lap. Epit. S. Sev.* p. 160. *Inscr.* ap. *eund.* ib. p. 164. Zosimae mater filiae pietissimae. V. aliam in LANIPENDIUM. *F.*]

\*ZOSIMUS, i, m. libertus Plinii junioris, quem *V. 5, 19.* P. Zosimus, historicus Graecus, qui multa singularia prodidit de Constantino et sequentibus imperatoribus, quorum vitas prosequitur: iniquior tamen ipse in Christianos, utpote paganorum ipse facile pervicacissimus. *B. A.*

\*ZOSIPPUS, i, m. Tyndaritanus nobilis, memoratus a *Cic. Verr.* 4, 42. *B. A.*

ZOSTER, ēris, m. ζώστης, genus ignis sacri, medium hominem ambientis, et enecantis, si cinxerit: a ζῶνω, cingo. *Plin.* 26, 11, 74. Ignis sacri plura sunt genera, inter quae medium hominem ambiens, qui zoster appellatur, et enecat, si cinxerit. Adde *Plin. Val.* 3, 34. P. Item fruticis marini generis. *Plin.* 13, 25, 48. Non habet lingua alia nomen, quod Graeci vocant phycos, quoniam alga herbarum magis vocabulum intelligitur; hic autem est frutex: folia lata colore viridi gignit, quod quidam prason vocant, alii zosteria. P. Item oppidum et promontorium Atticae inter Piraeum portum, et Ceam insulam. *Cic. Att.* 5, 12.

\*ZOTALE, es, f. regio Asiae ulterioris, in Margiana. *Plin.* 6, 16. *B. A.*

ZOTHECĀ, ae, f. locus in cubiculo secretior, parvum conclave cubiculo adjunctum, in quo studii, vel quietis causa degere solemus: a ζῶω, vivo, et θῆκη, repositorium. *Viscont.* in *Monum. Gabin.* p. 170., et *Mus. Pio-Clem.* T. 7. p. 103. *ed. Mediol.* et *Iconogr. Gr.* T. 1. p. 234. probat, vocabulum ζῶον, cum de sculptura sermo est, saepe statuam hominis, non animalis significare; hinc ap. *Diog. Laert.* 5, 16. Aristoteles testamento jubet statuas duas ponere quatuor cubitis longas Jovi et Minervae his verbis: Ζῶα ἄθροια τετραπένητῃ ἀπὸ στήθεσι, καὶ ἄθροια στήθεσσι. *Plin.* ep. 2, 17. *med.* Contra parietem medium zotheca perquam eleganter recedit, quae specularibus et velis obductis reductivae, modo adjicitur cubiculo, modo aufertur. Sunt qui legunt *diaeta*: verum ea lectio jandiu ab eruditibus rejecta est, neque cum hac *Plinii* descriptione convenire potest. P. De cellis sacris seu loculis, quos *niechie* Itali dicunt. *Inscr.* ap. *Mur.* 690, 2. Ti. Claudio Aug. L. Felici ex consensu decuriae universae honoris causa zothecam publice dederunt: Atimetus L. sua pecunia adornavit. *Alia* ap. *Grut.* 49, 3. Herculi Saxano sacrum Ser. Sulpicius Trophimus aedem, zothecam, culinam pecunia sua a solo restituit. *Alia* ap. *Orell. Coll. Inscr. Lat.* n. 1368. Veneri Veriae Felici Gabinae A. Plautius Euphroditus negotiator sericarius templum cum signo aereo effigie Veneris, item signis aereis N. IIII. dispositis in zothecis, et balbis (h. e. valvis) aereis, et aram aream et omni cultu a solo sua pecunia fecit, etc. [Plura adjeit *F.*]

ZOTHECŪLĀ, ae, f. *Plin.* ep. 5, 6. *med.* Mox zothecula refugit quasi in cubiculum idem. Quidam leg. *zeteacula*, sed minus recte. *Sidon.* ep. 8, 16. Per armariola, et zotheculas nostras non remanserunt digna prolata. Adde ep. 9, 11. *med.*

[ZOTICUS, a, um, adj. ζωτικός, vivax. Est cogn. *R. Inscr.* ap. *Mur.* 1312, 2. M. Aurelius Zoticus. *F.*]

\*ZOTON vel Zotos, i, oppidum Aegypti, Aethiopia versus. *Plin.* 6, 29. *B. A.*

## Z U

ZUMĀ. V. ZEMA.

ZURĀ, ae, f. semen paliuri, lingua Afrorum. *Plin.* 24, 13, 71. Paliurus quoque spinae genus est: semen ejus Afri zuram vocant, contra scorpiones efficacissimum, item calculosis, et tussi.

\*ZURACHI, orum, populi Arabiae. *Plin.* 6, 28. *B. A.*

## Z Y

ZYGĪĀ, ae, f. ζυγία, genus aceris: a ζυγός, jugum, quod ex ea fiunt juga jumentis. *Plin.* 16, 15, 26. Tertium genus zygiam, rubentem, fissili ligno, cortice livido et scabro. Hoc alii generis proprii esse malunt, et Latine carpinum appellant. P. Zygiā tibia, est tibia nuptialis: a ζυγός, jugum, et

translate nuptiae. Appul. Met. 4. Sonus tibiae zygiae mutatur in querulum Lydium, cantusque laetus Hymenaei lugubri finitur ululatu. P Zygia etiam dicta est Juno, quia nuptiis praeerit. Id. Met. 6. Quam cunctus Oriens Zygiam veneratur, et omnis Occidens Lucinam appellat.

ZYGIS, is, f. ζυγίς, serpyllum silvestre, non serpens humi, quemadmodum hortense, sed in altitudinem increscens, ramulos edens tenues, surculosos, foliis refertos longioribus quam rutae, et durioribus et angustioribus, flores jucunde olentes, et gustu acres. Appul. Herb. 99.

ZYGOSTASIUM, ii, n. munus zygostatae. Impp. Honor. et Theodos. Cod. Theod. 15, 26, 1. Quidquid de crithologia, et zygostasii munere eminentia tua disposuit, roboramus.

ZYGOSTATES, ae, m. libripens, qui praest examini ponderum, nequa fraus in iis committatur, ζυγοστάτης: a ζυγός, quod etiam jugum librae significat, et ἵστημι, appendo. Imp. Jul. Cod. 10, 71, 2. et Cod. Theod. 12, 7, 2. Ideo placet, quem sermo Graecus appellat, per singulas civitates constitui zygostaten, qui pro sua fide atque industria neque fallat, neque fallatur, ut ad ejus arbitrium, atque ad ejus fidem, siqua inter vendentem emptoremque in solidis exorta fuerit contentio, dirimatur.

ZYMA. V. ZEMA.

ZYTHUM, i, n. ζύθος, potus ex hordeo aqua resoluta confectus, acris gustu, et vini in morem inebrians. Jablonskius in Voc. Aegyptiac: putat, zythum esse vocem Aegyptiacam: alii a ζύω pro ζέω, ferreo, duducunt. Suidas interpretatur οἶνος

ἀπὸ χειρῆς γινόμενος, idest vinum ex hordeo factum. Hinc etiam Tac. G. 23. Potui humor ex hordeo, aut frumento in quendam similitudinem vini corruptus. Plin. 22, 25, 82. Et frugum quidem haec sunt in usu medico. Ex iisdem fiunt et potus, zythum in Aegypto; celia, et ceria in Hispania; cervisia, et plura genera in Gallia, aliisque provinciis, quorum omnium spuma cutem feminarum in facie nutrit. Colum. 10, 116. Ut Pelusiaci proritet pocula zythi. Ulp. Dig. 33, 6, 9. Zythum, quod in quibusdam provinciis ex tritico, vel hordeo, vel pane (Cujac leg. panico) conficitur, vini appellatione non continebitur. Hujusmodi autem potus in Germania dicebatur camum, et curmi; in Dalmatia et Pannonia sabaja; in Palaestina sicera, quas voces vide supra suo loco.

primam corripit  
turbasset front  
ubi male primam  
cum Graecum  
trastraeos. B. A.  
trastraei theopne  
os, genus gemmae  
Indo flumine nati  
ratur, neque aliud  
niscos ex MSS.  
J. Coenac, 7, 27,  
eugo, R. Inscr. ap.  
Zosimus. Alii  
Zosimus Juliae Zo  
Zosime. P  
qua declinatione  
Inscr. ap. ead.  
e pientissimae. V.  
inili junioris, quem  
aeus Graecus, qui  
stantino et sequen  
as prosequitur: ini  
utpote paganorum  
L.  
nus nobilis, memo  
nus ignis sacri, me  
ocantis, si cinxerit  
71. Ignis sacri plo  
dium hominem an  
enecat, si cinxerit  
fruticis marini ge  
et lingua alia no  
a, quoniam alga  
ligitur; hic autem  
gigit, quod qui  
P Item oppidum  
aeum portum, et  
ulterioris, in Mar  
buculo secretior,  
tum, in quo ste  
mus: a ζύω, vino,  
in Manum. Galia  
7. p. 103. ed. M.  
l. probat, vocabe  
mo est, saepe si  
gnificare; hinc a  
mento jubet statua  
as Jovi et Min  
as ζύω, et  
med. Contra p  
elegantem recedit  
a reductivae, modo  
r. Sunt qui legunt  
ab eruditis rejecta  
criptione convenire  
oculis, quos aiechi  
n, 2. Ti. Claudio  
ae universae hunc  
runt: Atimetus L.  
Grut. 49, 3. He  
Trophimus aedem  
a solo restituit  
n. n. 1368. Veni  
Epaphroditus ne  
signo aereo effigie  
i. dispositis in zo  
s, et aram aereau  
ecit, etc. [Plur  
5, 6. med. Mot  
um idem. Quidam  
Sidon. ep. 8, 16  
tras non remanse  
11. med.  
ocis, vivax. Est  
M. Aurelius Zo  
Aegypti, Aethi  
lingua Afrorum.  
spinae genus est:  
ontra scorpiones  
tussi.  
ae. Plin. 6, 28.  
ria: a ζυγός, ju  
s. Plin. 16, 15,  
em, fissili ligno,  
generis proprii  
pellant. P Zy  
γός, jugum, et